Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ris. peccata deleuit. Eadem quoque hora petro in excessu
mentis uocatio gentium per summissionem uasis euangelici
celitus delati ... et purificatio omnium generum
animantium in eodem existentium delata ad eum uo
ce diuinitus reuelatur. dicente ei. Surge petre. occi
de et manduca. Quod uas. IIII. initiis de celo summissum.
non aliud quam euangelium designare manifeste cognos
citur. Hora uero nona inferna penetrans. inextrica
biles tartari tenebras coruscatione sui splendoris
extinxit. portasque ereas eius effringens. et seras
ferreas conterens. captiuitatem sanctorum que clause
tenebantur. secum introduxit ad celos. igneaque romp
hea submota antiquum incolam paradiso restituit.
Eadem quoque hora cornelius centurio in prece perssistens.
commemorationem orationum et elemosinarum suarum
ante dominum factam angelo sibi loquente cognoscit.
Quibus testimoniis liquido comprobatur. non inmerito
a sanctis et apostolicis uiris has horas religiosis obsequ
iis consecratas. a nobis quoque obseruari similiter oportere.
qui nisi uelud lege quadam soluere hec pietatis offi
cia saltim statutis temporibus redigamur. totum diei
spatium obliuione aut desidia uel inanibus occupati
onibus inuoluti absque orationis interpellatione con
sumimus.

Cvm ergo quis renuntiaturus seculi nego
tiis in monasterio se suscipi rogauerit.
non ante admittitur quam diebus decem uel eo am
plius pro foribus monasterii excubans inditi
um perseuerantie sue pariterque humilitatis ac pa
tientie demonstrauit. Cumque omnium fratrum